

Version

Un adversaire des traditionalistes juge Cicéron

Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit, quae mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabantur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat ; nec ulla re magis ejusdem aetatis oratores praecurrit quam iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus et verbis delectum adhibuit et compositioni artem, locos quoque laetiores attentavit et quasdam sententias invenit, utique in iis orationibus, quas senior jam et juxta finem vitae composuit, id est, postquam magis profecerat usuque et experimentis didicerat quod optimum dicendi genus esset. Nam priores ejus orationes non carent vitiis antiquitatis : lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus ; tarde commovetur, raro incalescit ; pauci sensus apte et cum quodam lumine terminantur.

TACITE, *Dialogue des orateurs*, XXII, 1-3.

L'usage d'un dictionnaire latin-français est autorisé.